Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Aristophanus Plutos

Aristophanes

Harlingae, 1744

Aristophanis. Argumenta Pluti.

urn:nbn:de:gbv:45:1-2671

Visual Library

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ
ΠΛΟΥΤΟΣ.

Landesbibliothek Oldenburg

I. Θωμᾶ τοῦ Μαγίστρου ὑπόθεσις τοῦ παρόντος δράματος.

Βουλόμενος Ἀριστοφάνης σκῶψαι Ἀθηναίους ἀδικίᾳ καὶ συκοφαντίᾳ καὶ τοῖς τοιούτοις συνόντας, καὶ διὰ τοῦτο πλουτοῦντας, πλάττει πρεσβύτην τινὰ γεωργὸν Χρεμύλον τοὔνομα, δίκαιον μὲν ὄντα καὶ τοὺς τρόπους χρηστὸν, πένητα δὲ ἄλλως, ὃς μετά τινος 2 αὐτῷ θεράποντος ἐλθὼν εἰς Ἀπόλλω ἐρωτᾷ περὶ τοῦ ἰδίου παιδὸς, εἰ χρὴ τουτονὶ τρόπων χρηστῶν ἀμελήσαντα ἀδικίας ἀντιποιεῖσθαι, καὶ ταὐτὰ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύειν· ἐπειδήπερ οἱ μὲν τοιοῦτοι ἐπλούτουν, οἱ δὲ τὰ ἀγαθὰ πράττοντες πένητες ἦσαν, καθάπερ αὐτὸς οὗτος ὁ Χρεμύλος. Ἔχρησεν οὖν αὐτῷ ὁ θεὸς σαφὲς μὲν οὐδὲν, ὅτῳ δὲ ἐξιὼν ἐντύχῃ, τούτῳ ἕπεσθαι. καὶ ὃς γέροντι ἐντυγχάνει τυφλῷ (ἦν δὲ αὗτος ὁ Πλοῦτος) καὶ ἀκολουθεῖ κατὰ τὰς μαντείας, μὴ εἰδὼς ὅτι ὁ Πλοῦτός ἐστι. δυσχεραίνων δὲ ἐπὶ 3 τούτῳ καθ᾽ ἑαυτὸν ὁ θεράπων, μόλις αὐτὸν ἐρωτᾷ, τίνος ἕνεκα τούτῳ ἀκολουθοῦσι. καὶ ὁ Χρεμύλος λέγει αὐτῷ τὴν μαντείαν. ἔπειτα μανθάνουσι 4 παρ᾽ αὐτοῦ Πλούτου ὅς τις ἐστί, καὶ ὅτου χάριν τυ-

1 Θωμᾶ τοῦ Μ.] Eum hujus argumenti auctorem probant vetuſtae Edd. ubi, quum proxime praeceſſiſſet, Θωμᾶ τοῦ Μαγίστρου σύνοψις τοῦ τε βίου Ἀριστοφάνους καὶ τῆς τοῦ δράματος ὑποθέσεως, poſt enarratam *Ariſtophanis* vitam & comoediae originem mox ſubjicitur, Ἡ ὑπόθεσις τοῦ παρόντος δράματος ἐστιν αὕτη. Id minus patet in Edd. *Porti* & *Kuſteri*, in quibus haec divulſa, atque intervallo longiore ſunt ſeparata.

2 Αὐτῷ] Crediderit aliquis αὐτοῦ. fruſtra: dativum, qui pendeat ab intellecto verbo ſubſtantivo, ſic aliquando ponunt Attici, ut genitivi vicem obire videatur: ὁ τῷ Χρεμύλῳ θεράπων, id eſt, ὁ ὢν τῷ Χρεμύλῳ θεράπων, *qui eſt Chremylo ſervus*, *Chremyli ſervus*: ἡ τοῖς Δικαιογένους παισὶ κληρονομία pro ἡ οὖσα τοῖς Δ. π. κλ. *Dicaeogenis liberorum haereditas*. Eruditos etiam viros nonnunquam ſefellit haec loquendi ratio.

3 Τούτῳ] Omnes Edd. antiquae

τυφλὸς ἐγεγόνει παρὰ τοῦ Διός· οἱ δὲ ἀκούσαντες ἥσθησάν τε καὶ βουλὴν ἔσχον ἀπαγαγεῖν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιοῦ, καὶ τὴν τῶν ὀφθαλμῶν θεραπεῦσαι πήρωσιν. καὶ, ἵνα τὰ ἐν μέσῳ παρῶ, τάς τε τοῦ Βλεψιδήμου ἀντιλογίας καὶ τῆς Πενίας αὐτῆς, ἀπήγαγόν τε αὐτὸν ὅτι τάχιστα, καὶ ὑγιᾶ ἐπανήγαγον ὄικαδε. ἐπλούτησάν τε ἱκανῶς, οὐκ αὐτοὶ μόνοι, ἀλλὰ καὶ ὅσοι βίου χρηστοῦ πρόσθεν ἀντεχόμενοι πένητες ἦσαν. Ἐπιγέγραπται δὲ τὸ δρᾶμα, Πλοῦτος Ἀριστοφάνους.

ΑΛΛΩΣ.

ΠΡεσβύτης τίς Χρεμύλος, πένης ὢν τὴν οὐσίαν, ἀφικνεῖται εἰς θεοῦ. ἐπερωτᾷ δὲ τὸν θεὸν, 5 πῶς ἂν εἰς ἔκδηλον ἀβρόντε μεταστάίη βίον. τοιόνδε δὲ ἐγγεγύηται ὁ χρησμός. χρᾷ γὰρ αὐτῷ ὁ θεὸς ἐξιόντι τοῦ ναοῦ, τούτῳ ἕπεσθαι, ᾧ πρώτῳ 6 συντύχῃ. Καὶ δὴ τυφλῷ καὶ γέροντι συντυχὼν ἕιπετο, πληρῶν τὸν χρησμόν. ἦν δὲ Πλοῦτος οὗτος. ὕστερον δὲ προσδιαλεχθεὶς αὐτῷ εἰσάγει εἰς Ἀσκληπιοῦ, ἰασόμενος αὐτὸν τῆς πηρώσεως. καὶ οὕτω πλούσιος γίνεται. ἐφ᾽ ᾧ δυσχεράνασα ἡ Πενία παραγίνεται λοιδορουμένη τοῖς τοῦτο κατορθώσασι. πρὸς ἣν καὶ διάλογος οὐκ ἀφυὴς γίνεται, συγκρινομένων τῶν φαύλων τῆς Πενίας καὶ τῶν Πλούτου ἀγαθῶν

quae τοῦτο. Bene correxit *Kuſterus*: in ſequ. Arg. ἐφ᾽ ᾧ δυσχεράνασα.

4 Παρ᾽ αὐτοῦ Πλ.] Ita veteres Edd. nihil erat cauſae, cur *Kuſterus* insereret αὐτοῦ τοῦ Πλούτου.

5 Πῶς ἂν εἰς ἔκδηλον &c.] Fabulae parum accurate conveniunt: nam ibi non de ſe Chremylus Apollinem, ſed de filio ejusque moribus mutandis conſulit: ſic tamen & *Ariſtophanes* Grammaticus. Verum neque oratio ſtructuram habet decentem: ἔκδηλος βίος inuſitatum; nec quadrat, τοιόνδε δὲ ἐγγεγύηται ὁ χρησμός. Exiſteret aliquis ſenſus tolerabilis, ſi ſcriberetur: τοιόνδε δέ τι ἐγγυᾶται ὁ χρησμός. Χρᾷ αὐτῷ ὁ θεός &c. Equidem non labem ſolum ineſſe verbis, ſed praeterea deficere quaedam mihi perſuadeo.

6 Συντύχῃ] Eum in modum hic & ſequenti Argumento, itidemque in *Ariſtophanis* Grammatici περιτύχῃ, praeferunt Edd. F. B. G. Sine neceſſitate

dedit

ἀγαθῶν ὑπὸ Βλεψιδήμου καὶ Χρεμύλου. 7 πολλῶν τε ἄλλων ἐπεισρεόντων, ἐν τῷ ὀπισθοδόμῳ τῆς Ἀθηνᾶς ἀφιερώσαντο Πλούτου ἰνδάλματα. Τὰ μὲν οὖν τῆς ὑποθέσεως τοιαῦτα. Προλογίζει δὲ θεράπων δυσχεραίνων πρὸς τὸν δεσπότην, ὅτι τυφλῷ καὶ γέροντι κατακολουθεῖν οὐκ ᾐσχύνετο.

Ἑτέρα ὑπόθεσις.

ΠΡεσβύτης τὶς Χρεμύλος πένης ὢν καὶ ἔχων υἱὸν, κατανοήσας ὡς οἱ φαῦλοι τοτηνικαῦτα εὖ πράττουσιν, οἱ δὲ χρηστοὶ ἀτυχοῦσιν, ἀφικνεῖται εἰς θεοῦ χρησόμενος, πότερον τὸν παῖδα σωφρόνως ἀναθρέψειε, καὶ 8 ὅμοιον ἑαυτῷ τοὺς τρόπους διδάξειεν, (ἦν γὰρ οὗτος χρηστὸς) ἢ φαῦλον, ὡς τῶν φαύλων τότε εὐπραγούντων. ἐλθὼν οὖν εἰς τὸ μαντεῖον, περὶ μὲν ὧν ἤρετο, οὐδὲν ἤκουσεν· προστάττει δὲ αὐτῷ, ᾧ τινι πρῶτον ἐξιὼν συντύχῃ, ἀκολουθεῖν. 9 καὶ τὰ λοιπὰ ὡσαύτως.

Ἐδι-

dedit *Kuſterus* συντύχοι & περιτύχοι.

7 Πολλῶν τε] Malim δέ. Hae particulae frequenter confuſae.

8 Ὅμοιον ἑαυτῷ τοὺς τρόπους διδάξειεν] *Utrum filium ita inſtitueret, vel inſtitui curaret, ut moribus ſibi ſimilis evadat, an malus & improbus.* Illum uſum habet perquam elegantem διδάσκειν accuſativos ſimpliciter adſciſcens: διδάξαι vel διδάξασθαι (nam in his loquendi formulis Activi Mediique virtus eſt promiſcua) ποιητὴν, ἱππέα, σοφὸν, ἀνδρεῖον· *informando exercendoque, ſeu ipſe eo munere fungaris, ſive alteri aliquem erudiendum tradas, efficere, ut quis poëtices, artis equitandi peritus fiat, vel ſapiens & ſtrenuus,* atque adeo *docendo reddere poëtam, equitandi ſolertem, ſapientem, ſtrenuum.* Apud *Æſchinem* Dial. I. §. 5. Pericles filios ἱππέας μὲν ἐδίδαξεν οὐδενὸς χείρους Ἀθηναίων· modo §. 4. variata paulum ſtructura dixerat. Θεμιστοκλῆς τὸν υἱὸν ἱππέα μὲν ἐδιδάξατο σοφὸν εἶναι καὶ ἀγαθόν· quare diſcernere non licet, utrum verius in *Luciani* Somnio ſit p. 2. quod vulgatur, δίδασκε παραλαβὼν λίθων ἐργάτην ἀγαθὸν εἶναι, an *Themae Magiſtri* διδάσκου· *Xenoph.* Ἀπομν. IV p. 468. v. 20. σκυτέα διδάξασθαί τινα, ἢ τέκτονα, ἢ χαλκέα, ἢ ἱππέα. *Ariſtonym.* apud *Stob.* p. 58. v. 44. Πολλοὶ ἀδικηθέντες ὑπὸ ῥητόρων τοὺς υἱοὺς ῥήτορας διδάσκουσι· prorſus ut *Ammian.* Anth. II. c. 46. Ep. 9. Εἰ βούλει τὸν

παῖδα

Landesbibliothek Oldenburg

Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀντιπάτρȣ, ἀνταγωνιζομένȣ αὐτῷ Νικοχάρους μὲν Λάκωσιν, Ἀριστομένους δὲ Ἀδμήτῳ, ΝικοΦῶντος δὲ Ἀδώνιδι, Ἀλκαίου δὲ ΠασιΦάῃ. Τελευταίαν δὲ διδάξας τὴν κωμῳδίαν ταύτην ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ συςῆσαι Ἀραρότα δι' αὐτῆς τοῖς θεαταῖς βȣλόμενος, τὰ ὑπόλοιπα δύο δι' ἐκείνου καθῆκε, Κώκαλον καὶ Αἰολοσίκωνα.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ
ὑπόθεσις δι' ἰάμβων.

Μαντεύεται δίκαιος ὤν τις καὶ πένης,
Εἰ μεταβαλὼν πλούτου τυχεῖν δυνήσεται.
Ἔχρησεν ὁ θεὸς, συνακολȣθεῖν ᾧπερ ἂν
Ἀνδρὶ περιτύχῃ. Πλȣ̃τος ὀπτάνεται τυφλός.
Γνούς δ' αὐτὸν, ἤγαγεν οἴκαδ', ἄλλȣς δημότας
Καλέσας μετασχεῖν· εἶθ' ὑγιάσαι τὰς κόρας

Ἔσπευ-

παῖδα διδάξαι ῥῆτορα, Παῦλε· *Charon* Lampſacenus apud *Athen.* XII. p. 520. F. ἀφικομένη ἡ αὐλητρὶς εἰς τοὺς Βισάλτας ἐδίδαξε πολλὰς αὐλητρίας· *Liban.* T. I. p. 804. B. Ἦσαν δέ τινες, οἳ πατέρων παλαίστραν διδάσκεσθαι· Alia ſuppeditabit Vir ſummus *R. Bentleius* Epiſt. *Malalae* ſubjecta p. 21. Ad paſſivam formam traducitur idem loquendi modus: *Apollodor.* III. p. 173. τραφεὶς παρὰ Χείρωνι κυνηγὸς ἐδιδάχθη *Lucian.* Icarom. p. 274. A. ἠξίȣν μετεωρολέσχης τε διδάσκεσθαι, καὶ τὴν τῶν ὅλων διακόσμησιν καταμαθεῖν. Nec Latinos piguit Graecum morem imitari, quod a *Mercero* ad *Ariſtaen.* p. 237. diſces accuratius, quam ab *Heraldo* ad *Martial.* VI, 58.

9 Καὶ τὰ λοιπὰ ὡσαύτως] Librarii ſunt, quem taedebat eadem iisdem iterum verbis deſcribere: monet igitur reliquam hujus argumenti partem, quae ſuo in codice reperiebatur, nihil aliud continere, quam quae in ſuperiore jam fuerant lecta.

10 Πλ. δ' ὀπτάνεται] Hoc priores Editiones praetulerunt. Delevi δ', quoniam obeſſe videbatur metro. Mox *Scaliger*, --- εἰς Ἀσκληπιȣ̃ δ' ἀπήγαγον· quod placet; tametſi ceteroquin non offendat jambum claudens illud ἤδ'. Verſum ſequentem hunc in modum malim integrare: Ἄφνω δὲ παρȣ̃σ' ἡ Πενία διεκώλυσ' ἄγειν· quanquam tutius erit membranas integriores expectare, quae huic vitio medeantur.

Landesbibliothek Oldenburg

Ἔσπευδον. εἰς Ἀσκληπιοῦ δ᾽ ἀπῆγον. ἦδ᾽
Ἄφνω πενία διεκώλυσεν.
Ὅμως ἀναβλέψαντος αὐτοῦ, τῶν κακῶν
Οὐδεὶς ἐπλούτει, τῶν δ᾽ ἀγαθῶν ἦν τἀγαθά.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

Καρίων οἰκέτης.	Χρεμύλος δεσπότης.
Πλοῦτος.	Χορὸς ἀγροίκων.
Βλεψίδημος.	Πενία.
Γυνὴ Χρεμύλου.	Δίκαιος ἀνήρ.
Ετερος ἀνὴρ ἄδικος.	Συκοφάντης.
Γραῦς, ἡ Φίλη τοῦ μειρακίου.	Νεανίας.
Ερμῆς.	Ιερεὺς Διός.

Ιςέον

11 Ἀπὸ τοῦ χρέμους καὶ τοῦ αἰμύλλω] Origo Grammaticorum ingeniis digna. Χρέμης & Χρεμύλος, utraque ſenum in Comoediis nomina, deſcendunt ab antiquo vocabulo τὸ χρέμος vel ὁ χρεμὸς, quod & χρεμετίζειν, χρεμετίζειν, χρέμπτειν progenuit, non ſecus atque Αἰσχύλος ab αἶσχος, Ἡδύλος ab ἧδος vel ἡδύς· quae proprie Dorica diminutivorum eſt forma, μικκύλος, ἐρωτύλος, ἀρβύλος, unde ἀρβύλαι propter habilem levitatem dictae, genus expeditum calcei venatorii.

12 Ἐν Καρὸς αἴτῃ] Sic refeci, quod in cunctis Edd. prave legebatur, ἐν Καρὸς ἄτῃ· Proverbium ex *Homeri* Il. I, 378. manavit, --- τίω δέ μιν ἐν Καρὸς αἴσῃ· de quorum tamen verborum intellectu mirifice veteres inter ſe digladiantur, adeo ut nullus fere verſus in *Homero* inveniatur alius, aeque ſententiarum divortiis nobilitatus; qua de re luculenter expoſuit *Euſtathius* p. 757. Huc ſine dubio pertinet, quod bene *Sopingius* animadvertit, illud *Heſychii* peſſime diſtractis membris corruptum: Ἔγκαρος, ἀτιμος. Ἔγκηρος μοίρα, ἐνθανάσιμος μοίρα· tentabam, Ἐγ (pro Ἐν vetuſto ſcribendi more, qui ſaepe in Marmoribus occurrit) καρὸς αἴσῃ, οἷον ἐν κηρὸς μοίρᾳ, ἐν θανασίμου μοίρᾳ· vide Ἐν καρὸς αἴσῃ· niſi tamen, quod libenter credo, interierint plura, quae absque membranae melioris ope revocare nobis non licet. Eorum autem opinio communius eſt recepta, qui ductam eſſe loquendi rationem cenſuerunt a Care vel milite mercenario, vel ſervo; rectene an ſecus, nunc disquirere nihil attinet. Inde certe paroemia, ſi quem ſignificare vellent nullo nec loco haberi, neque pretio, a recentioribus etiam frequentata,

ἐν

Landesbibliothek Oldenburg

Ιςέον δὲ ὅτι τὰ τȣ̃ δράματος πρόσωπα πεπλασμένα εἰσὶ παρὰ τȣ̃ ποιητȣ̃· Χρεμύλος γὰρ 11 ἀπὸ τοῦ χρέος καὶ τȣ̃ αἱμύλλω τὸ ἀπατῶ ἔιρηται, ὁ ἀπατῶν δηλαδὴ τȣ̀ς χρεοφειλέτας διὰ πενίαν. καὶ τὸ Καρίων ἐξελληνιζόμενον τὸν δȣ̃λον δηλοῖ. Κᾶρες γὰρ οἱ δοῦλοι. ὅθεν καὶ παροιμία, 12 ἐν καρὸς ἄισῃ, ἤτοι, ἐν δȣ́λȣ τάξει, καὶ τὸ Βλεψίδημος δὲ, ἤτοι πτωχὸς, ὁ βλέπων ἀεί ποτε εἰς τὸν δῆμον.

Εἴ-

ἐν Καρὸς μοίρᾳ καθεστάναι· *Niceph. Gregor.* Hiſt. Byz. xı. c. 6. μοίρᾳ vero potius uſurparunt, quam ἄισῃ, ne poëticam orationi proſae vocem immiſcerent. Alter *Heſychii* locus, ubi duplicem explicationem proponit, ordine conturbato intricatus, hoc pacto reſtitui debet: Καρὸς ἄισῃ, κηρὸς μοίρᾳ, οἷον θανάτȣ μοίρᾳ· ἢ μισθοφόρȣ μοίρᾳ, διὰ τὸ πρώτȣς μισθοφόρȣς Κάρας γενέσθαι. Nihil eſt notius, quam Cares mercenariae militiae, quae deſpectior erat, & gravioribus fere belli periculis expoſita, auctores: *Suidas*: Ἐν Καρὸς εἴπερ τάξει· ἀντὶ τȣ̃ ἐμισθοφόρει, ἐπειδὴ πρῶτοι Κᾶρες ἐμισθοφόρησαν· quae praeſcripſit, *Juliani* ſunt verba Or. ıı. p. 56. C. propius idem in Caeſ. p. 320. D. Τὰ μὲν ἐν μακρῷ μάλιστα τῶν Δαρείῳ πρότερον ὑπακȣόντων ἐθνῶν ἐν τῇ Καρῶν μοίρᾳ Πομπήιος εἶχεν ἑπόμενα. Ad verſionem iſtius libri, quam concinnavit Gallicam, multa ſane, ſed pleraque jamdudum in Chiliad. ab *Eraſmo* praecepta, notat Illuſtris *Spanhemius*: in quibus quodcumque erroris eſt a Viro Magno commiſſum facile penſabit eruta e membranis egregia *Scholiaſtae* veteris ad *Homerum* obſervatio. Is primum Grammatico noſtro conſentiens, ἀπὸ τῶν Καρῶν, ait, ȣ̂ς ἀεὶ λοιδορεῖ ὁ ποιητὴς, οἷον ἐν μοίρᾳ Καρὸς, οἱονεὶ δȣ́λȣ· tum quod addit proxime (nam cetera ne tangam, operis inſtituti ratio vetat) τὸ καρὸς μὲν Ἀλκαῖος ὁ ἐπιγραμματοποιὸς ἐγκέφαλον ἤκȣσεν, ἀπὸ τȣ̃ ἐν τῷ κάρᾳ εἶναι, paulo conſideratius ſpectari meretur. Non alius eſt, niſi plane fallor, Alcaeus, quam qui Philippum Macedoniae regem, illum inquam a T. Quintio debellatum, virulentis carminibus proſcidit, commemoratus etiam a *Plutarcho* in Romani Imperatoris Vita p. 353. D. Verum quandoquidem illi nulla, quantum recordor, opera fuit in *Homero* explanando collocata, unde tandem, de vexatiſſima voce quid ſentiret, expiſcari potuerunt Grammatici? ex eo nimirum, quod κάρα alicubi pro *cerebro* poſuiſſet, eaque re ſimul declaraſſet, quam in *Homero* probaret lectio-

Εἴσθεσις τοῦ δράματος ἰαμβικοὶ τρίμετροι ἀκατάληκτοι μή, ὧν τέλος, 13 Τὶ γὰρ ἄν τις οὐχὶ πρὸς σε τἀληθῆ λέγῃ.

API-

lectionem, & vocabulo, cujus nullum amplius in uſu Graecae linguae vulgari ſupererat veſtigium, tribueret virtutem. Extat enimvero locus *Alcaei*, de quo *Scholiaſten* cogitaſſe credo, Anth. II. c. 47. Ep. 5. Πίομαι· ὡς ὄφελόν γε καὶ ἔγκαρον ἐχθροῦ ἀράξας Βρέγμα Φιλιππείης ἐξέπιον κεφαλῆς. Philippum denotari ſi non plane perſpicuum eſt, at certe probabiliſſimum, illum ipſum, quem dixi, Macedonum regem. Ἔγκαρος hic ſimiliter atque apud *Lycophr.* v. 1104. de quo monuit etiam *Euſtathius*, idem quod ἐγκέφαλος· unde colligas vel formam eos Homericae, quam putabant, vocis mutaſſe τὸ ἔγκαρ in τὸ ἔγκαρον, vel in ipſo poëta legiſſe, aut legi voluiſſe ἐγκάρου αἴσῃ. Idcirco, quanquam *Heſychium* non ignorem vitio pari deceptum Καρὸς interpretari ἐγκέφαλον, *Scholiaſtes* ille ſcripſit, ſcribere ſaltem debuit, τὸ ἔγκαρος μὲν Ἀλκαῖος. Haec obiter ac digito ſolum indicaſſe ſuffecerit: nunc ad Grammaticum noſtrum redeamus, qui Carionem a Caribus jure merito arceſſit: nam quod *Schol. Theocriti* obſervat ad Eid. v, 2. verum eſt: εἰώθασι δὲ οἱ παλαιοὶ τοῖς δούλοις ὀνόματα τιθέναι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, Σύρον, Καρίωνα· addere tantum debuiſſet, ab illis praecipue gentibus haec ſervorum nomina formari, unde plurima in Graeciam mancipia transportabantur: indidem profecti ſunt *Davi*, *Getae*, *Lydi*, *Phryges*, *Thraces*, quorum uſus fuit in Comoediis antiquis creberrimus. *Dion Chryſ.* Or. XXXII. p. 391. B. ὥσπερ ἐν ταῖς κωμῳδίαις καὶ διασκευαῖς Καρίωνα μὲν εἰσάγοντες καὶ Δᾶον· Carionis ſervuli coqui mentio fit in *Euphronis* Synephebis apud *Athen.* IX. p 377. D. Talem Carionem μάγειρον κωμῳδικὸν, vel, quod potius malo, κωμικὸν, ingenii peſſimi mancipium, ex fabula neſcio qua productum deſcribit, & ad deſignandum quendam aetatis ſuae hominem adcommodat *Themiſt.* Or. XXI. p. 262. C. Forma vocis eadem, quae in Αἰσχρίων, Μικκίων, Βδελυρίων, Φορμίων.

13. Τί γὰρ ἄν τις] v. 252. ex quo οὐχὶ, quod deerat, interſerui. Editus verſuum numerus, ut manifeſtum eſt, ad noſtros non exacte reſpondet.

Landesbibliothek Oldenburg